



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-590147-p0001-5

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-590147-p0002-1

DFG

Disputatio Juridica publica. 1618, 12 ²² ^{A4}

Ad

L. Naturalis. 5. §. At cùm do ut

facias. 2. §. Quod si faciam ut des. 3. §. Sed si facio ut fa-
cias. 4. §. Si ergo hæc sunt. 5. ff. de præscript. verb.
& in fact. actionibus.

Quam aūspiciis

Jesu Christi filii Dei vivi

atq; una

Suffragante Nobili & Magnifico Collegio JCto-
rum in inclita Universitate ad SALAM

*Ad ultimum vale omnium indagini & judicio ven-
tilatum proponit*

VALENTINUS MELASIUS

Brandenburgensis Marchicus J. U. D.

R E S P O N D E N T E

CHRISTIANO KIENAST Fürstenber-
gensi Lusatia Inferiore.

Die 4. Aprilis in ἀσκητηρίῳ JCtorum horis matutinis.

Mantuanus.

*Certandum est, nulli veniunt sine Marte triumphi,
Et nisi certant in nulla corona datur.*

Ac

Dedita qua vitiis mens est nil cogitat alti.

J E N Æ

T R P I S T O B I A E S T E I N M A N N I,

A N N O M. D C. X V I I I.



VIRIS

Tum quoad antiquæ Majorum Strenuitatis & Nobilitatis
insignia admodum conspicuis, tum quoad propriam & suam etiam
Strenuitatem & Nobilitatem eminentissimis,

Dn. OTTONI & Domino GEORGIO EBERHARDO Fratribus germanis à Münchhausen / Magnifici, Strenui & Nobilissimi Domini OTTONIS Satrapæ in Letzaw & hereditario in Oldendorff &c &c &c filiis frug i & laudatissimis.

Dn. MARCO ab Eichstedt / Magnifici & per strenui Domini DOBISLAU, Celsissimi Ducis & Principis Pomeraniae &c. Capitanei in Übermünd / hereditarii in Ruten & Klempenaw &c. filio præstantissimo.

Dn. WERNERO & Domino ALBERTO Fratribus germanis à Schenck / Domini CHRISTIANI filiis in Flechting & Donstedt &c. hereditariis.

D. FRANCISCO CHRISTOPHORO & Domino PHILIPPO Fratribus Germanis à Karsenbrock / Domini RABANI piæ recordationis filiis in Barndorff & Wirborn &c. hereditariis.

Dn. HENNINGO a Elßow / Domini ADAMI filio in Elßow &c. hereditario.

Dn. CHRISTOPHORO à Rammin / Dn. BARTHOLDI beatæ recordationis filio in Böke & Blankensee &c. hereditario.

Dn. CHRISTOPHORO von der Lüdt / Domini LUDERI filio in Nieder Ochtenhausen &c. hereditario.

Suis ex Saxonibus respectivè popularibus haud
popularibus & eo usq; quidem in Inlyta Salana
ad sacram divinæ Themidos aram Symmictis;
post hac verò in futurum Mecenatibus & Patro-
nis perdigne observandis.

In tempore veri amoris & honoris debita que obser-
vantiae & sui submissæ commendationis,

Hanc dissertationem juridicam Academicam & valedictorianam
dedicat & consecrat

Valentinus Melasius Brandeb. Marchic. J. U. D.

*Domine in Te speravi, non confundar
in eternum.*



Ræfulgens illa & lucida stella in firmamento throni Majestatis Divi Imperatoris nostri L. Naturalis. s. ff. de præscript. verb. & in fact. actionibus, ut jam semeltri antenobis cathedralm juridicam in inclita hac Academia publicam, legitime & ritè apertam, disputatum concidentibus faces præbuit & præluxit: ita eadem nos modo de eadem descendentes suo fulgore coruscans concomitetur vel ad ultimum usq; vale, ut autem pro ingressu illius pr. & s. et si quidem. 1. erat nobis exutiendus, ita tandem pro benevolo discessu nobiscum bonis sumemus erutinandum ejusdem:

§. At cum do ut facias. 2. §. quod si faciam ut des.
3. §. sed si facio ut facias. 4. §. si ergo. 5.

THEISIS I.

Articulus Do ut facias quoad genericam rationem in eundæ obligationis magnam cognitionem habet cum locatione & conductione. a) Sed quoad speciales affectiones invicem multum differunt. b).

a) Nam iuxta assertum Pauli si Do ut facias & tale sit factum quod locari solet pecunia seu alia certa re fungibili data locatio conductio est; at si do ut facias, quamvis etiam tale sit factum quod locari non solet, non pecunia neq; certa ne fungibili data; sed re alia etiam non fungibili, sed & incerta postmodum promissa, contractus est innominatus Do ut facias. Hancenus igitur in facto vel in datione ob factum adeoq; in genere facti convenient. b) tum i. quod in locatione & conductione non quodlibet factum versatur; sed tantum illud quod locari solet: Contractus Do ut facias, facile omnia facta admittit vel quæ locari non possunt, ut do tibi decem ut Styxum manumittas; Do tibi centum ut Roman vel capuam eas; vel quæ locari possunt, ut do tibi cretam eximere de agro meo, ut eum locum unde exemeris repleas l. 7. §. 2 ff. de pact. vendo id est, do tibi insulam ut aliam insulam mihi reficias l. insulam ff. de P. V. Act. Est enim factum

A 2

quod

qua locari potest illud, quod pars accipiens præstat in re vel subjecto dantis; Ergo si substantia vel materia, res vel subjectum dantis non est, in quo labor locationis ab accipiente ponatur, contractus est innominatus Do ut facias. l. Sabinus. 20 l. convenit. 65 ff. de actionem. & vendit. §. item queritur. 1. de location. v. g. Si do tibi pecuniam ut mihi tabulam pingas, hic materia & subjectum est dantis pecuniam, in qua factum picturæ potest præstari & sic locatio est hoc §. at cum do ut facias. 2. sic do tibi aream ut pro pecunia certa, & sic mercede, in ea insulam mihi ædifices; hic dantis est subjecta res, puta area in qua præstetur factum accipienti scil. ut insulam ædificet d. l. Sabinus. 20. Idem est in d. l. convenit. 65. Contra si do tibi decem ut Stichum servum tuum manumittas; hic non est substantia vel subjectum danti mei, in quo tuum factum persicur videlicet manumissio; ergo est contractus Do ut facias. d. §. at cum do. 2. vers. quod si tale. Idem est si tibi Do pecuniam ut Romanæas, cum loca per quæ Romanæ comeatur, non sunt res dantis l. pecuniam 5. ff. de conditione causs. dat. Item do tibi triginta, ut ex reditu ejus pecunia pro me tributum præstes computatis usuris semissibus. l. Titius. 24. ff. de p. v. Act. Item do tibi pecuniam ut arcam funambulatoriam exerceas in area aliqua publica; item do tibi pecuniam ut cum virgine saltas. Donel. ad t. ff. de p. v. Act. n. 1. Bocer. class. 2. disp. 13. th. 7. Quamvis autem factum quod locari solet, etiam admittat contractus Do ut facias, nondum tamen est idem cum locatione; sed tunc ab ea distinguitur, quod in contractu do ut facias à parte dantis sit neq; res etiam non fungibilis certa; neq; pecunia certa, ut contra est in locatione. Tum 2. in locatione conductione semper requiritur pecunia vel rei cuiuslibet fungibilis datio l. 19 §. 3 ff. l. locati. 2. 1. C. de locat. conduct. l. pen. §. pen ff. de constit. pecuni. l. 222 ff. de V. S. In contractu Do ut facias modo venit pecunia & res fungibilis modo non pecunia nec res fungibilis; sed res corporeæ individualis. Pecunia vel res fungibili venit in contractu Do ut facias; si in eum venit factum quod locari non potest, ut do tibi decem ut Pamphilum manumittas; alias si cum re fungibili veniret etiam factum locabile in contractu Do ut des, tunc nulla differentia inter eum & locationem conductionem esset. Contra res non fungibilis venit in contractu Do ut facias, si in eum venit factum quod locari solet; ut do tibi schyphum ut mihi tabulam pingas; Immo cum in eum etiam venit factum quod locari non potest ut Do tibi Stichum ut Pamphilum manumittas l. 7. §. 2. ff. de pact. Tum 3. in locatione & conductione semper est pecunia vel res fungibili certa, ut quæ merces est, &

est, & merces semper debet esse certa constituta in locatione conductione
pr. I. de location l. 52 ff. de donation. inter vir. & uxor. l. 2. l. 25. ff. lo-
cat. in contractu do ut facias est pecunia vel res fungibilis incerta l. si tibi.
22. ff. de p. v. Act. Tum 4. locatio est bonae fidei; Do ut facias stridi
juris ut suo loco traditum. Tum 5. in locatione pænitere non licet: In
do ut facias uiset: Tum 6. ex locatione oritur actio peculiaris locati
conducere; ex art. Do ut facias præscriptis verbū actio vel ad repetendum
conductio parata est. Tum 7. In locatione & conductione aliquando
ob sterilitatem pensionis remissio conceditur l. ex conducto. 15. § si vis. l.
si merces 25. §. vis major. ff. locat. In contractu vero Do ut facias non
dum legimus, quod concedatur.

II. Si dedi tibi servum, ut servum tuum manumitteres,
& manumisisti, & is quem dedi evictus est, in hac specie facti
celebratum esse articulum do ut facias non facio ut des conclu-
dimus. a).

a) Et quidem cum com. Dd. schola Accursio Cujat. ad l. 7. ff de pact.
Heidec. disputatione ad l. naturalis. 5. th. 25. vers. porro an hæc species: I. ra-
tio. quia Julius Paulus J. C. in d. l. naturalis. 5. §. 2. pertractat articu-
lum Do ut facias; & quidem more suo succinctè & accurate, qui si in ver-
bu illius §. at cum do. 2. esset art. facio ut des, confusè & distortè etiam
exemplum articuli facio ut des insiceret & infarciret in seriem specierum
articuli do ut facias; & tamen deinceps in §. quod si faciam. 3. æquè ac-
curate & plenè susciperet articulum facio ut des pertractandum, quod o-
mne ut ineptum est, ita nobis nefas sit tale quid de tanto J. C. to saltē cog-
itare. II. qui dedi servum meum ut tu tuum manumitteres, utiq; dedi ut
faceres, ac proinde articulum Do ut facias celebravi. Nam hoc ipsum
res ipsa proloquitur & verba & negotium demonstrant. Atqui in-
fin. d. §. 2. ego dedi ut facheres. E. est articulus Do ut facias. III. Omnes
contractus innominati ex conventione & implemento inseparabiliter con-
junctim initium sumunt, quia sunt respectivi & modales. Atqui in propo-
sito est convenio & complementum dationis ad factum manumissionis,
quantumvis in effectu executivo non subsistat ut vitiosum & pravum. E.
est articulus Do ut facias celebratus. IV. Si reliquos contractus innomina-
tos, saltē in aliqua sua parte nullitas quidem in effectu executivo non fa-
cit ipso jure nullos. E. neg. hunc Do ut facias. Etenim in articulo Do ut des
ex permutatione, si datum evictum fuerit, utiq; contractus ab initio utring;
subsistit; sed datur actio præscriptu verbis ad interesse ejus quod evictum

A 3 est.



est. l. 1. S. e. §. fin ff. de ver. permuat. & arg. eorundem textuum idem
de articulo do ut des specialiter & simpliciter ita dicto judicandum. Par-
igitur ratione si dedi ut manumitteres, ut faceres, & si datum evincatur,
utiq; per conventionem & implementum jure subsistit contractus; sed quia
male dedi rem evincibilem, contractus tantum in effectu executionis an-
nullatur; cum contractus & ejus executio sint diversa. Hinc redarguntur
illi, qui contendunt, quia in proposito dum datus servus evictus est, servum
tantum esse traditum ejusque dominium inde non translatum & sic ni-
hil datum esse, adeoq; à datione implementum non incepisse; sed à facto
manumissionis & propterea contractum esse facio ut des; eò quod contra-
ctus innominatos non metiamur à promissione & conventione, sed ab im-
plemento; illi namque distinguant inter contractum qui à ratione & im-
plemento ex conventione omnino subsistit; & inter effectum executivum
quod hic nullum est. V. Si verbum dare non semper de dominij transla-
tione intelligitur; sed interdum etiam pro nuda traditione ponitur, sequi-
tur, quod etiam articulus Do ut facias per traditionem tantum nudam
possit celebrari. adeoq; accuratè distinguitur inter contractus subsistentiam
perfectionis & consummationis; sane in proposito per traditionem subsistit
perfectè contractus; sed non consummatur in effectu executionis quia do-
minium non est translatum & sic re evicta contractus rescinditur. Ac mul-
tis locis juris nostri probatur, quod etiam pro nuda tantum traditione ver-
bum dare ponatur ut l. 1. ff. deposit. l. 5. §. 1. vers. sed si scyphos. hoc §.
2. vers. sed si dedi l. si gratuitam. 13. S. si rem l. 22. l. fin. ff. de p. v. Act.
& pro hac sententia eleganter facit l. dedisse. 76. ff. de V. S. si quis ratio-
nem dubitandi proprius executiat Heidec. disp. ad L. naturalis. 5. ff. de
p. v. Act. th. 25. in fin. E. si in proposito per traditionem nudam tantum
subsistit contractus; E. inde implementum habet. E. non est ipso jure pror-
sus nullus. VI. Si quando datum est ut faceres; sed incertè & non rectè
datum est, scilicet ut res data evinci possit, & sic tantum traditum est ut
alter ficeret, si tunc, inquam, implementum à parte dantis est nullum;
sed tantum à parte facientis obtineat, adeoque sit contractus facio ut des;
sequeretur vice versa si feci ut dares; sed non rectè aut jure feci, quod tunc
neg; implementum à parte facientis, sed à parte dantis esset, & sic esset
contractus do ut facias, adeoq; semper vitiosus contractus do ut facias re-
linqueret bonum & legitimum contractum facio ut des; & rursus vitio-
sus contractus facio ut des relinqueret justum & legitimum contractum
do ut facias, & sic causa justi & legiti contractus constitutiva esset
contractus vitiosus. Consequens autem hoc est absurdum; E. & illud ante-
cedens.

oedens. Dissentit Donell. d. rr. c. 11. inde art. facio ut des demonstrans.
III. Si dedi tibi Styhum ut Pamphylum manumittas; manumisisti; evictus est Styrhus ex hac specie facti actio datur de dolo nomine ex edicto praetoria, sed in factum civilis sive praescriptis verbis. a).

a) Id quod asseveramus cum Accurs. & Glos. in hoc n. f. 2, ubi actionem de dolo pro actione praescriptis verbis exponit, quae actio praescriptis verbis propter dolum competit, & cum Donello d. tract. cap. 19. & Heidec. d. th. 25. In hac autem quastione olim dissidium fuit inter duos sublimis ingenij fctos Salvium Julianum & Mauricianum ut statuit Ulpian. in l. 7. f. 2. ff. de pact. & Paulus in l. naturalis. 5. ff. de p. v. Act. Juliani mens haec fuit: Quando Styhum dedi sciens quod evincetur, & sic dolo dedi, de dolo à praetore dandam in me esse actionem; si vero ignorans dedi, actionem in me dandam esse in factum civilem, id est, praescriptis verbis. Sed hanc Juliani sententiam tantum ex parte scilicet quoad assertionem postremam Mauricianus probavit, si scilicet ignorans servum evictum iri dedi in me dandam esse actionem in factum civilem & praescriptis verbis; at quoad primam assertionem scilicet si sciens servum evictum iri & sic dolo dedi, actionem de dolo à praetore in me dandam esse, Mauricianus Julianum reprehendit, asserens & ex hoc contratu etiam si dolo datum sit, perinde ut si dolo datum non sit utrinque actionem in factum civilem praescriptis verbis dandam esse sicut omnino danda est ex omni contractu innominato ubi vel dedi ut dares, vel dedi ut faceres, vel feci ut dares vel feci ut faceres, quamvis omni isto casu ad me deceptus sis: & in hanc correctoriam Mauriciani sententiam Julianus concessit. Id quod hisce rationibus adstruimus. I. sit ex responso Julij Pauli, qui Juliani perstudiosus fuit Heidec. teste d. th. 25 qui in d. l. 5. f. 2. in fin. ita plenè Juliani sententiam recitat; sed ejus decisionem non subjecit Tribonianus iuri nostri compilator, ut quae alias ex precedentiis constaret, puta ex l. 7. f. 2. ff. de pact. adeoq; ejus iautologica & odiose reiterata traditione hic posset supersedere; cum uterg; hanc in sententiam pedibus suis iisset, ejusq; rationes decidendi ex eodem loco constarent. II. Hoc constat ex responso Ulpiani in d. l. 7. f. 2. ff. de pact., ubi idem Ulpian. tradit: Julianum scripsisse in proposito casu in factum actionem à praetore dandam: Mauricianum vero statuisse actionem incerti civilem, id est, praescriptis verbis dandam esse. Hic licet Ulpian. brevibus dicat: Julianum scripsisse in factum à praetore dandam;



tandem esse actionem, non hæc est Ulpiani mens, quod Julianus statuisset: si dolus meus arguatur & sciens ego dedi ut evincetur, de dolo à prætore esse in me dandam actionem, si verò ignorans ita dedi, in factum à Prætore esse in me dandam actionem, nunquam verò præscriptis verbis; Hoc enim Ulpiani responsum sic esset Paulo in d. l. 5. §. 2. contrarium; Sed hoc etiam dicit Ulpian putat Julianum statuisse si sciens & dolo ita dedi, actionem in factum prætoriam, id est de dolo malo prætoriam ex edicto; si ignorans, actionem in factum civilem esse in me dandam; & sic auctore Ulpiano non statuit Julianus utroq; hoc casu & semper esse actionem prætoriam dandam; sed interdum & illo tantum casu ubi dolus arguitur; ubi ille abest, actio detur præscriptis verbis. At qui in hoc Mauricianus Julianum reprehendit, statuendo semper & ubiq; sive dolus arguatur sive non arguatur dandam esse in proposito actionem civilem præscriptis verbis, nunquam prætoriam de dolo, in quo & cum eo Julianus acquievit. Quod autem in d. l. 7. §. 2. actio in factum significet actionem in factum illam de dolo malo prætoriam, ex eo probatur: quia sepe in jure nostro actio de dolo & in factum præatoria, quamvis sint natura sua & specie diverse, pro eadem tamen accipiuntur & confunduntur, si hoc evidens ratio suadet. Hinc sit, ut sepe in qua specie actio de dolo præatoria competit, dicatur actio in factum à Prætore dari; item quæ actio de dolo est intra annum, ea post annū dicatur in factum; Itē quæ de dolo est ea solet in factum temperari, dum molliore verbo f. Cti uti malunt. Exemplum hujus est in l. rei quam. 33. ff. de dolo malo, ubi dicitur actio in factum cum sua indemnitate competere; cùm alias de ea specie scriptum sit, in qua de dolo actionem competere omnes convenit Donell. d. c. 19. n. 3. Porro rationes quæ pro correlative Mauriciani sententia militant, quod semper in proposito casu ut & omnibus in contractibus innominatis sive dolus arguatur sive minus, detur actio præscriptis verbis huic includi possunt generali: Dum actio ordinaria & civilis in promptu est, ad subsidiariam non est recedendum. At in contractu quolibet innominato actio ordinaria præstò est videlicet ex conventione cum causa præscriptis verbis sive dolus arguatur sive minus. E. facessat præatoria subsidiaria. Assumptum constat: quia contractibus, quando dolus adest, semper inest actio de dolo. Sic in contractu bonæ fidei in l. si servus. 21. in pr. ff. de evictione de dolo ob evictionem potest agi, id est, actio ne ex emto nomine doli ut Cujac. explicat 3. obs. 37. in fin. & in d. pr. Gothofred. vel actione ex contractu emtionis dolo inito, us Heideccius d. th. 25. interpretatur. Item in l. et si quis. 14. §. si cui. 2. ff. de re-

de religios. & sumt funer l. & non ineleganter. 7. §. non solum. 3. l. 9.
in pr. ff. de dol. mal. Sic est & in contractibus stricti juris ut est in l si
fidejussor. 19. ff. de dol. ubi & in stipulatione actio de dolo eodem sensu
ponitur. Relinquitur ergo si in contractu dolus arguatur, ordina-
ria ex illo contractu actione experiendum esse, quae dicitur actio doli
ex contractu dolo inito, vel actio nomine doli ex contractu
competens; nequaquam ad praetoriam de dolo malo actionem est
procedendum. Adde quod judicia stricti juris exceptione doli oppo-
sitæ bona fidei efficiantur l. Seia. 41. ff. de donation. mort. causa l. 3. C.
de exception. Si bona fidei efficiuntur, utq; illa ut alias actiones
bona fidei doli nomine ordinariae competunt; quippe quod in jure no-
stro novum non sit unam actionem alteri quasi viam sternere, l. eum
qui 14. §. is qui precario. 11. ff. de furt. Et deniq; quod probè est no-
tandum, Contractus innominati ipso jure dolo malo vitiantur, atq;
ita exceptio doli mali iis inest l. 9. C. de pact. l. pen. C. de inutil. stipu-
lation l. qui cum tutoribus. 9. §. qui per fallaciam. ff. de transaction.
E. si hi contractus per dolum ipso jure vitiantur, & exceptio doli
ipsius inest, per hanc bona fidei efficiuntur, & ratione doli actio ex
iis ordinaria obtinet; aut certè si dolo malo ipso jure vitiantur, ra-
tione doli incidentis qui iis arguitur ex iis actio ordinaria datur
prescriptis verbis; nullo igitur modo præ hac civili debet praetoria de
dolo malo dari. Heidec. d. th. 25. Et alia argumenta quam pluri-
ma deinceps in sequentibus suppeditabuntur. Dissentiunt Dd. varie
ad L. 7. ff. de pact. & ad l. naturalis 5. §. 2. b. t. n. aliter Br. aliter Ja-
son. aliter Paul. de Castro. aliter Goveanus 2. var. 27. & quos refert
Treutler. disp. 30. th. 9. vol. 1. cum ibi relatis, de quibus in ipso dispu-
tationis conflictu agemus.

IV. Articulus facio ut des itidem locationi conductio-
ni similis est. Nam sicuti in locatione facti unus præbet operam
pro pecunia, alter pecuniam numerat: ita in hac specie nostra,
ab uno opera pro re, ab altero res pro opera proficiscitur. Vel
brevius: dum facio ut des quasi loco operam, tu qui das quasi
conducis. a) Differunt autem tum quod hi contractus cer-
tum non habent nomine, tum quod inde actio nomine certa non
sit prodita, sed actio ex eo oriatur prescriptis verbis. Et articulus
Do ut facias & Facio ut des, sibi similes in in eo sunt quod uterq;
locationi & conductioni affinis est; At differunt quoad ordi-
nem conventionis cum implemento; Nam in contractu Do ut

B

facias



facias datio præcedit, factum sequitur; At in contractu facio ut
des factum præcedit, datio sequitur. b).

a) l. 1. §. si quis servum ff. deposit. Heidec d. disput. th. 16. b) id
quod patet ex exemplis: irrigo pratum tuum, ut mihi des mercedū loco-
tantum, quantum inter nos postea convenerit; aro. & colo agrum tuum,
ut mihi tantum des mercedis loco, quantum inter nos postea statutum fue-
rit. l. 22. ff. b. t. n. §. 1. vers. qua de caussa. I. de locat. & conductione.
Item manumitto servum meum, ut tu mihi des decem l. 3. § quinimo. ff. de
condictione. causs. dat. Indico tibi servum tuum fugitivum, ut mihi postea
præmium hoc nomine des. l. solent. 15. ff. de præscript. verb. action. Diff.
Donel. de præscript. verb. c. 11. n. 2. & seq.

V. Non minus autem ex articulo Facio ut des quam ex
cæteris contractibus innominatis omnibus dari actionem pre-
scriptis verbis sive in factum civilem immotis rationibus alle-
veramus a).

a) post Donell. ad t. de præscript. verbis cap. 14. & Dd. com omnes I.
ratio: ubiung, inter aliquos negotium gestum vel contractum est id, quod
Aristo οὐνάδας vocat, ibi inter consentientes jure civili datur actio civi-
lis, si conventio est nominata certa actio datur certa; si incerta, actio da-
tur incerta præscriptis verbis l. 2. in pr. & § 2. ff. de pact. l. 2. l. 3. l. 9. ff. de
præscript. verb. At qui ut in alijs articulis totius ob rem dati iraclus est
negotium contractum id, quod οὐνάδας Aristο vocat, quamvis nomine
incertum, ita esse & in articulo facio ut des nominatum tradit Ulpian. in
l. 7. in pr. & § 2. ff. de pact. & in l. solent 15 ff de præscript. verbis. E. ut ex
alijs ita pariter ex hoc datur actio præscriptis verbis. II. ubi est οὐνάδας
genuinè & specialiter conforme ipsi articulo Do ut des, ut & ipsi Do ut
facias, ibi & quæ ut ex illis datur actio præscr. verb. proprie οὐνάδας. Il-
lud autem est in articulo Facio ut des. E. Assumptum constat: I. In articulo
do ut des est negotium sive οὐνάδας emtioni & venditioni simile, quod
parit actionem civilem præscriptis verbis; Nam cum do ut des sit aliqua
permutatio, cum unus rem suam consert in alterum, ut vicissim rem aliam
ab eo accipiat; At cum facio ut des, quamvis negotium sit non per omnia
emtioni & venditioni simile, est tamen in eo negotium & οὐνάδας ipsi
Do ut des admodum consimile, quod eundem in modum actionem civilem
parit. Nam cum manumitto ancillam quæ apud te in contubernio est, ut
tu mihi Pamphilum des, ex consequente in te aliquid confero, ac si tibi da-
rem aliquid, ut mihi vicissim aliud dares. Etenim cum illam ancillam ma-
nabo inquit in alio loco; et in alio loco inquit in alio loco;

namitto, hoc in te consero, ut apud te libera sit; aut si apud te non sit, attramen illam ad voluntatem tuam manumitto, eo quod mihi vicissim Pamphilum des; proinde quod cum voluntate tua facio, perinde haberi debet, ac si in te ipsum contulisse arg. l. solutam. 49. vers. ratam. l. si quis. 58. in pr. ff de solution. Sic si farcio aut polio vestimenta tua, ut mihi Stichum des, etiam in te consero aliquid, ut vicissim aliud accipiam; Nam consero in te operam meam & omnem mercedem meam propter Stichum abs te mihi pro ea dandum; Itemq; per vestimenta sarta aut polita fructum opera in te transfero; E. si ita in te vel consero vel transfero aliquid, ut tu vicissim des, certe cum facio ut des ex consequente & per indirectum etiam do ut des; E. cum facio ut des, in eo negotio est ~~conveniens~~ aequè ut est cum do ut des, quo t'sane utrobiq; parit civilem actionem prescriptu verb. Nam in quibus causis eadem est ratio, in his idem jus statuarat l. l. 32 ff ad L. A. l. à Tito. 108 ff. de V. O. 2. In articulo Do ut facias est negotium sive ~~conveniens~~ simile locationi & conductioni, quod parit actionem civilem prescriptu d. l. 5. §. 2 b. t. n. At cum facio ut des in eo contractu negotium & ~~conveniens~~ est vel planè idem cum locatione & conductione perinde ut est in articulo Do ut facias, aut si de similitudine queratur locationi & conductioni aequè per omnia simile Id quod probatur tum ratione ipsius materie sive factorum quæ locantur, tum ratione ipsarum contrahentium & locantium personarum: Nam in locatione facti unus dat pecuniam pro opera, alter operam pro pecunia præstat, ut do tibi decem ut mihi tabulam pingas, locatio & conductio est, utpote ubi est pecunia & opera; persona dans & accipiens; At in contractu Do ut facias alter dat rem pro opera, alter operam pro re, do tibi Stichum ut manumittas Pamphilum, hic est simile negotium locationi conductioni in quo est res pro opera & persona dans & accipiens; sic eadem materia sive facta & eadem personæ dans & accipiens sunt in contractu facio ut des, utpote ubi unus operam pro re præbet, alter rem dat pro opera quam accipit, ut sarcino & polio tibi vestimenta ut mihi Stichum des; manumitto meam ancillam ut mihi des Pamphilum. Adde quod si verba urgere vel potius cavillari velimus contractus facio ut des longe similior erit locationi & conductioni quam contractus Do ut facias: Siquidem cum facio ut des, ancillam manumitto ut tu mihi des Pamphilum, ego loco operam, tu conducis, adeoq; si à me initum contractus astimetar, secundum ordinem verborum talis contractus est locationi & conductioni similimus; cum alter contractus do ut facias tantum erit conductio locatio. Sed tamen hæc faceant, cum pro comperto habeamus, quod veteres verbo locationis & conductonis perinde

ut emtionis & venditionis promiscuè sint usi l. veteres. 19. l. 20. ff. de a-
ction. emi si igitur & contractus facio ut des locationi conductioni simi-
lus est, ut omnino est per modò tradita, cur minus ex contractu facio ut
des detur actio civilis præscriptis verbis quam ex do ut facias? cùm pari-
tas rationis inducat paritatem juris per d. l. illud 32 ff. ad L. A. & l. à li-
tio. 108 ff de V.O. III. ratio: ubi una est eademq; caussa actionis producti-
va. ibi eadem detur actio necesse est. Nam effectus vi suæ caussæ existit; &
effectus arguit suam caussam & ab ea arguitur; & qualis caussa, talis esse-
ctus. At qui tam in contractu facio ut des quam in do ut facias; ut pote ex
natura autriusq; una est & eadem caussa actionis præscriptis verbis produ-
civa. Caussa autem illa est datio vel factum à parte mea & conventio à
parte tua. Dum enim Stichum Dout mihi tabulam pingas; à mea parte
datio est, à parte tua conventio. Sic cùm manumitto servum meum, ut tu
manumittas tuum, & à mea parte factum; & à tua conventio est; quæ duæ
solummodo caussæ sunt producendæ obligationis; Nam hoc passu à tua par-
te res, quæ in obligatione deducitur, obligationem nō facit; sed conventio;
quæ sive in dando sive in faciendo sit, promissor pariter obligatur, qui se
daturum aut facturum promisit l. 2. in pr. l. 5. S. stipulatio ff. S. ult. I. de
V.O. Nam si res ad constituendam obligationem aliquid facerent, citius ob-
ligaretur is, qui se daturum, quam qui se facturum promisit, eò quia cer-
tius est, quod dari promittiatur d. g. fin. indeq; dicendum esset: si ob-
ligetur is, qui promisit se facturum, multò magù obligabitur is, qui pro-
misit se daturum; quæ tamen inconvenientia redarguit Donellus d.
tr. de p.v. A. cap. 14. E. tam ex contractu facio ut des, quam ex do ut facias,
datur actio præscriptis verbis. IV. ratio. Deniq; præter ovatævæ ad actionem
præscriptis verbis producendam efficax, eadem ratio specifica produ-
cendæ obligationis ejusdemq; actionis militat in articulo facio ut facias
scilicet factum meum & conventio tua. Si igitur articulus facio ut facias
ex hac caussa producit actionem præscriptis verbis, cur non ex eadem arti-
culus facio ut des, ut in quo eadem est, eandem actionem præscriptis verbis
producat?

V I. Ex articulo itaq; facio ut des dari actionem p.v. ex
hisce discussis certum est; sed eandem ex eodem dari actionem
statuimus non solum si dolus non arguatur, verùm etiam si ar-
guatur, ut & hīc r. effectum exerat suum: quod ex omni omni-
no contractu innominato detur A. P. V. sive dolus non argua-
tur sive maximè arguatur. a).

a) post Donell. d. tr. de præscript. verb. cap. 15. Heidec. disputat. ad
i, natu-

l. naturalis. 5 ff. de præscript. verb. th 25. Treutler. disp. ult. th. 10 vol. 1 bas:
quidem ob rationes: I. Quibus de causis & quibus modis in reliquis contra-
ctibus innominatis datur actio præscriptis verbis, ijsdē datur & in articulo
facio ut des, ut satis superq; constat ex decisione præcedente. At in reliquis
datur quantumvis dolus arguatur. E. & in hoc si facio ut des. Assumtum
probatur à pari: Si namq; das mihi vestimenta tua polienda ut postea des
mihi mercedis loco, quantum inter nos statutum fuerit; Si ego te spolio,
aut si tu non pateris mihi aliquid dandum statui; sed mihi illud, utique
utring; dolus arguitur, & tamen tali casu etiam datur actio præscriptis
verbis l. si tibi polienda. 22 ff. de p. verb. Act. ubi Gajus nihil ita distinguit,
an dolus argnatur nec ne? Item si do tibi ut facias & postquam dedi cessas
facere etiam dolo, ut puta dedi tibi ancillam ut Pamphilum manumi-
ters, acceptā ancillā Pamphilum dolo alienas, ne eum manumittas, nulla
alia ex contractu hoc datur nisi actio præscriptis verbis l. naturalis. 5. S. at
cum do. 2; & 3. quod si faciam. 3 ff. b. t. n. Idem de reliquis judicandum. E.
pariter si facio ut des; & tu dolo facis ne des dabitur actio præscriptis ver-
bis. II. Quodcunq; à contractus substantia adeo separatum est, ut ad illam
accedens eandem tantum abest ut immutet, ut potius confirmet, illud con-
tradictoriè dicitur contractum illum immutare, ut ad hanc vel illam a-
ctionem producendam efficax non sit. At qui hoc facit dolus in contractu in-
nominato; Nam dolus tuus neg; factum meum neg; nostram conventionem
immutavit, sed potius confirmavit. v. g. Ego manumisi Stychum ut
tu mihi Pamphilum dares; sed cùm tu Pamphilum dares, sciebas eum a-
lienum esse & ita dolo dedisti; hic dolus tuus neg; factum meum neque no-
stram conventionem immutavit; siquidem hoc ipso nihil minus promisisti
te Pamphilum daturum; & ego non minus manumisi meum Stychum; sed
potius idem dolus tuus & factum meum & nostram conventionem confir-
mavit; Etenim ego Stychum meum verè manumisi ed; quod Pamphilum de-
te mihi pollicitus essem; & rursus tu ego magis promisisti, ut facilius me in-
duceres ad manumittendum Neg; vero aliae sunt caussæ, cur nullo dolo tuo
interveniente mihi obligeris & tenearis præterquam hæ tantum duæ: tum
quia ego manumisi Stychum meum, quem manumitti placuerat; tum quia
inter nos convenit, ut eo nomine mihi Pamphilum dares. E. dolus in con-
tractu innominato eundem non mutat aut vitiat, quo minus actionem
præscriptis verbis producat. E. cùm hic pars ratio validitatis contractus
sive dolus arguatur sive minus, utique si tunc ex contractu innominato da-
tur actio p. v. cùm nullus dolus arguitur; pariter eadem inde dabitur actio.

si dolus arguatur. Nam necesse omnino est in eodem facto, eademque conventione eandem esse actionem. III. Hoc in jure nostro generanter definitur: quotiescumque in aliquo contractu ex aliquo facto tuo mihi actio constituta est, illa actio perinde mihi datur sive nullus dolus arguatur sive omnino aliquis arguatur: uti constat per l. & eleganter. & non solum. 3. ff. de dol. mal. ubi si mihi vendisti rem quam imprudens fecisti deteriorem, teneris mihi ex emto; eademque ratione si dolo deteriorem redidisti ex emto mihi teneris. Atqui in contractu hoc facio ut des certè ex facto tuo mihi datur actio praescriptis verbis; maximè & indubie si nullus dolus tuus arguitur. E. eadem actio dabitur si dolus tuus arguatur.

I V. Huc repetimus omnes rationes pro probatione superius in contractu Do ut facias adductas in illo argumento, quod hic detur remedium ordinarium, praescriptis verbis actio. E. ad aliud extraordinarium scilicet ad actionem dolii mali non transgrediendum. V. Actio dolii mali infamat l. 1. ff. de his qui notant infam. l. pen ff de integr. restit. Atqui in contractum cui dolus inest innominatum sape veniunt res exiguae & ferè nullius pretij; ob talem autem rem leviculam aliquem infamari nefas est. E. ex contractu innominato nunquam datur actio dolii mali. VI. Aequè iniquum est actionem ex contractu nominato licet in eo dolus arguatur dari in perpetuum; ex contractu autem innominato ob eum minimè. Atqui actio dolii mali biennio continuo inde quidem à tempore dolii commissi precisi terminatur l. fin. C. de dolo malo; adeo quidem ut nec litis contestatione perpetuetur. Wesenb. in par ff. de dol. mal n 8. post gl. & Dd. in d. l. fin. & Salicet. in l. fin. C. de præscription. 30. vel 40. annor. Actio vero præscr. verb. est perpetua. ut qualibet civilis pr. I. de perpet. & temporal. action. E. hic & haec illa detur. Dissentientium opiniones hic sunt mirabiliter variae, quas ceteravatim adducit Treutler. disp. ult. th. 10. vol. I. quas ad ipsum conflictum nostrum remittimus publicè executandas.

VII. Constat itaque ex hisce quod dolos, qui in contractibus innominatis arguitur, minimè obstaculo sit quin, ex iis actio pr. verb. recto tramite decurrat; Sed & in iisdem, contractibus licitum est pœnitere & per pœnitentiam ab iis recedere contrahentibus etiam si implementum ab alterutra parte factum sit citra omnem dolii argutionem; Sed queritur anne ex conventione ante implementum ab una parte in his contractibus ad minimum subsit obligatio naturalis, ut inde ex æquitate naturali dolus arguatur? Et dicimus quod in contractibus inno-

In nominatis ante implementum ab alterutra saltem parte obligatio naturalis sit nulla. a).

a) post Bl. in l. cùm quis. C. de jur. & fact. ignor. in 9. Col. & in l. sive apud acta. C. de transact. Angel. Aretin. in S. in personam in pen. Col. I. de act. Heidec. ad d. l. naturalis. S. th. 36. I. ratio: Quotiescunque demum ex re tradita obligatio existit, toties ante rem traditam obligatio est nulla; effectus enim nunquam est absque sua causa. At qui in contractu innominato utpote in permutatione non nisi ex re tradita obligatio incipit, l. i. S. item venit. 2. vers. permutatione ff. de ter. division. E. in contractu innominato ante rem traditam obligatio est nulla. II. Quotiescunque minimum naturalis subest obligatio, cessat condicō indebiti, nec datur repetitio l. naturaliter. 31. ff. de condicō indebit. At qui in contractu innominato soluti ab una parte ante implementum utrinque datur condicō & repetitio. E. III. Ortus obligationis in contractu innominato non est modus. Siquidem modus in hū est vera contractus consummatio præter præstationem, ortus obligationis retrospicens, & ordine prioritatis præsupponens. At qui ad implementum in contractu innominato est ortus obligationis; Siquidem quando implementum factum est; sed per modum respectus & modi, ut tandem modus necessariò subsequatur, obligatio oritur & accedente etiam modo obligatio perficitur & consummatur l. 7. S. & ideo. ff. de pact. E. ad implementum hic modus non est. Ortus autem est causa obligationis unica omnium prima, ut aliam causam, utpote obligationem naturalem non præsupponat. Quid enim eo, unde rei principium est prius est? At qui ad implementum est ortus obligationis. E. ante illud nulla est alia causa, nulla obligatio neque naturalis, quæ in contractu innominato obligationem producat. IV. Si ad implementum contractus innominatus tantum ex conventione ditatur obligatio naturalis esse. E. contractus qui tunc nondum est, dixerit esse; & obligatio conventionalis pacti cum obligatione contractus modali confundetur; & contractus innominatus dicetur a pacto semper dependere; & inutilis contractus innominatus semper relinquere utile pactum; Quæ omnia sunt absurdā cùm obligatio pacti & contractus toto genere differant l. 7. in pro. ff. de pact.

IX. Articulus deniq; facio ut facias interdum vicinus est mandato, interdum locationi conductioni, interdum commodato. a). Si itaque negotium aliquod factorum incidit,

quod



quod mandato quidem vel commodato vel locationi conductioni sit simile; non possit tamen ad unum ex his referri, tunc ad hunc contractum innominatum facio ut facias, fit processus.

a) hanc l. 5. §. si facio ut facias. 4. §. præterea l. de location. l. si gratuitam. 17. §. si cum unum. b. t. n.

Corollarium.

Struprum in alterius sponsa commissum ad
L. Julianum de adulterius non per-
tinet.

F I N I S.



ULB Halle
005 132 614

3



WMA

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



ca publica. 1618, 12 N^o 14

At cùm do ut

des. 3. §. Sed si facio ut fa-
5. ff. de præscript. verb.
onibus.

biciis

ii Dei vivi

nifico Collegio JCto-
tate ad SALAM
ndagini & judicio ven-
ponit

S M E L A S I U S
archicus J. U. D.

E N T E

N A S T Fürstenber-
geriore.

ICtorum horis matutinis.
anus.

e Marte triumphi,
a datur.

ogitat alti.

Æ

S T E I N M A N N I.

C. XVIII.